uel publicis certaminibus parta coro-
-na claruerunt. quartam eamq; pre-
-stantissimam omniuꝫ scribit, eoꝝ quib⁹
non alia ꝫ sua uirtus & animi mag-
-nitudo nobilitatem donarit. quos
solos uult esse dignos vt nobiles appel-
-lentur. Platonis hec diuisio illam ue- plato.
-ram germanamq; & suo robore nixam
nobilitatem iudicat quam uirtus p-
-ducat. Est enim nobilitas quasi spl- Nota sola uirtus pduxit nobilitatem.
-endor quidam ex uirtute progrediens

qui suos possessores illustrat ex quacunq;
conditione emergentes. Nam uirtus
maiorꝫ, principatus, gloria certaminum
& gestaꝫ rerꝫ, illorꝫ bona sunt, illos ornãt
& reddunt, qui ea sibi suo labore, suaꝫ in-
-dustria peperere. Nos uero laudem &
nobilitatem meremur, nostris meritis,
non alienis, & ijs actionibus que ex no-
-stra prodeunt voluntate. Quid enim ad
nos attinet, que multis seculis ante nos,
nostro neqꝫ consilio neqꝫ opera acta sũt.
Illa suis actoribus lumen & gloriam p̃-
-buerunt. nobis adimitandum patefe-
-cerunt viam. quam si sequamur, tam-
-q̃m parentum opibus suffulti, minores
tamen nos extimari necesse est, q̃m eos
qui nullis maiorꝫ subnixi vestigijs. sibi
ipsi ad iter virtutis & glorie auctores
extiterunt. Quanto enim maioris hab-
tur edificare domum q̃m habitare,
atqꝫ ornare edificatam. tanto p̃stabili-

~ est atqꝫ ~

est atoꝙ excellentius ab se partam nobilita-
-tem possidere, qm̃ seruare ab alijs accep-
-tam. cum alter suis viribus & lumine
resplendeat, alter pre se ferat alienum.
quare sole virtuti palma nobilitatis tri-
buenda est. Atria vero maiorꝫ ymagi-
-nibus referta, porticus signis ac tabulis
ornati, magnificæ uille, templa constru-
-cta, uaria domus ornamenta, plus ad-
-mirationis aspicientibus qm̃ nobilita-
-tis secum ferunt. hunc antischenes se-
-cutus, sarpsit eosdem sibi videri nobiles
& uirtutis studiosos insola uirtutem no-
-bilitatem constituens. Stoica hanc
platonis sententiam complectuntur. & plato.
solos sapientes nobiles esse uolunt.
Hoc & cicero noster refert & seneca ex Cicero.
stoicorꝫ secta philosophus excellens, Seneca.
tum multis in locis, tum maxime ad
Lucullum epta, ea quarta est & quad- Lucullus.
-ragessima ut opinor) nobilitatis fon-

-tem atq; originem animi uirtutibus assig-
-nat. Air enim cum de nobilitate disereret.
Bona mens omnibus patet. Omnes ad hoc
sumus nobiles. patricius socrates non fuit.
Socrates.
Platonem non accepit philosophia. nobilẽ,
q; fecat. Quis est gn̄osus ad uirtutem bn̄
a natura compositus. hoc vnuz est in tuẽ-
dum. Nam si ad uetera nos reuocas, nemo
non inde est ante quod nichil est. Omnes
si ad primam originem reuocentur a diis
sunt. a primo mundi ortu produxit nos
plato.
usq; in hoc tempus ex splendidis sordidisq;
alterna series. Plato ait neminem regez
non ex seruis oriundum. neminez non
seruuz ex regibus. Non facit nobilem at
-um famosis ymaginibus plenuz. nemo
in nostram gloriam uixit. Animus fa-
-at nobilem. cui ex quacumq; conditione
supra fortunam licet excurgere. hec sene-
Seneca.
-ce uerba, quibus michi michi uidetur uir
sapientissimus, tanqm̄ ex appolonis ora-

aulo / nichil uerius excogitare aut dicere
potuisse / qm illam ueram nobilitatem qu
- am virtus prebeat & sapientia - eos qz so
los esse nobiles / quibus uirtutum officia
laudem subministrarũt & dignitatem -
Juuenalis uero cum in satira quadam / comunem ac uulgarem opinionem nobi
-litatis multis argumentis reprobasset /
rectam rationem secutus / neqz ex his
pendere que tu paulo ante recensebas /
ostendens / hanc eandem sententiam affi
-rmat scribens / solam atqz vnicam uir
- tutem nobilitatem esse . Equidem cleã
- tem philosophum / qui aliquando rigã
-dis ortis aquam traxit / & Demetriuz
quem seneca instramentis cubantem cũ
uidet non preceptorem / sz testem uirtu
- tis dicat / nobiliores . Pericle & themisto
- cle crediderim / quos magis patrie deaus
& imperium qm sua uirtus nobilitauit
Nam rez gestaz glorie multa existũt

Juuenalis.

cleanth-phs.

demitriuus.

Seneca.

pericle.
themistocle.

partícipes / socij milites / fortuna / sine quib⁹
nulla clareret eoꝝ virtus. Ar phie que
sola nos ad sapientiam / virtutumqꝫ om
-nium quibus uita nostra seruatur & co
-litur / cognitionem perducat. Is solus est
particeps / qui illis insudauit. Nam
prudenter sapienterqꝫ uiuens / non aliū
-de ꝫ aseipō bona uite refert accepta. eī⁹
sunt proprie laudes / non ab alio mutua
-te. qui uirtutum exercitio functus est.
Is solus nullo externo adiumento sibi
gloriam parit / ex qua preclaram elicit
nobilitatem /. Tum laurentius / et si ad eaꝫ
inquit arbitrer spectare uirtutem / ma
-gnumqꝫ habere pondus / tamen non
inipa sita omnia uidentur / ꝫ necesse
esse / ut ei qui hoc nomine dignus
uideatur / adsint externa quoqꝫ que
paulo ante repellebas. atria imaginib⁹
referta / porticus / theatra / ludi etiam
ppto facti / uenationes & reliqua eius

modi / p̄ que nomen nostrum / cum laude
uulgetur. hec enīz claros & ore omniū
celebres prestant / ac nobiles efficiunt.
Ham sicut gloria uirtutis / & recte factoz
est comes / ita ex his progreditur splen
dor quidam. hoc est nomen & fama
non uulgaris que nobilitas appellatur.
Hanc maioz quoq; nostroz preclara fa
-cinora & uirtutes uidentur prebere po
-steris / & paterne glorie decus nobis tri
-buere tanq̄m lumen quo clariores no
-tioresq; efficiamur. Quis enīz nega
-rit nos progenitoz uirtutibus reddi
illustriores ac nobiliores? Ham si quē
agimus celebrari uolumus, memorio
-ria posteritatis, necesse est ut ea cō
- memoratio cōmendatioq; tanq̄m in pa
-rentum ymagines refulgeat in filios
ad quos hereditatem quoq; glorie trā
-sfundere uoluerunt. Est profecto
multoz opinio nobilitatem quemad

modum bona fortuita hereditariam nob
aparentibus relinqui . que abicere ac re
tinere infilioz sit licentia & potestate .
Nam qui maioz uirtutes & patrimoniu
seruarit nobilitate respondebit superio
ribus . qui deterioribus studijs dedit9
uitijs & flagitijs vitam maculavit : p
fligabit nobilitatem partam . non se
cus / ac patrimoniuz si prodigus fuit
et sumptibus profusus . Nullo autē pa
cto negandum est paternam nobilitate
migrare in filios . & esse & dici nobiles
quoz non dum uirtus est cognita . hoc
Cicero. & sentit Cicero in oratione quam pro se
stio scripsit inquiens / Vos q adolescē
tes qui nobiles estis / ad maioz uestroz
imitationem excitabo . Vult sapientissi
Cicero. mus Cicero etiam illos nobiles esse /
qui nondum per etatem paternaz uir
tutum imitatores esse potuerunt . At
qui loquor enim quod sentio / cetus

appellabo nobilem qui excellentis parentes
potest referre / ipe uel paululum uirtute
ornatus / qm qui obscuris maioribus ex
titerit / omni virtutum gne excellens.
priori patefactus est aditus ad lucem
cōmendatione maiorꝝ. que illos notissimos
in uulgus fecit. vt paruula quedam vir
tutis lux in eo plurimū refulgeat propi⁹
superiorꝝ splendorem. Huic autem au
nullus precessit aditus ad hominum fa
mam magno lumine opus erit ad illu
stramdam in qua natus est obscuritatez.
maiori q enim quadam dificultate per
ignotum iter q cogitur proficisci. Alter
partam gloriam paruo labore sustentat.
Alter cum obscuritate certans / plurimo
tempore / multo labore / opera diligenti
eget ad amplitudinem & laudem / ex q a
uenit nobilitas / consequendam. Istaz
uero Nicolae tuam stoicam uirtutem
nudam / egentem / & pene molestam / que

non ingreditur ciuitates / ꝫ deserta uidet̃
& solitaria / Licet multi laudauerit / tamen
qui appetant paua reperiuntur · & q̃mus
a sola virtute dua nobilitatem velint /
fateantur tamen oportet / nisi ciuilem
uitam fu refugiant / multis illi opus
esse presidijs / ualitudine / opibus / pata
reliquisq; rebus in quibus fortuna do -
minatur · quibus si priuata erit uita
mortaliuz / algebit profecto uirtus ue -
stra / veluti sola atoq; agens · neq; in
hominuz cetum & comunem usum p -
dibit · Vt ex ea nata uideatur nobilitas
quedam sibrustica omni carens nobi -
litate · Nam que nobilitas inerit uel
pho qui suis studijs contentus / late -
bibliotecula / sibi ipi pene ignotus / uel
si qui sobrie / pie / caste / sapienter ui -
uens / abditus degit in uilula / nullis
hominuz sermonibus celebris / nullo
nomine illustris · huic uirtutem

concesserim/ ꝫ nullam adesse nobilitatẽ.
studiosum uirtutis non nobilem appel
labo. Jstam nobilitatem stoicorꝫ pauci
querunt. paucióres adipiscuntur. Ego
autem illam appeto/ illam probo/ quã
consuetudo mortalium iam dudum
confirmauit. neqꝫ tum grecos/ tum la
tinos arbitror ita insciós regꝫ fuisse
ut hoc nomen in tam multis vsurparit.
quos aliud quidam q̃m virtutem stoi
corum reddere nobiles crediderunt.
Non inficiabor nicolaus inquit ciuem
egregium insua ciuitate honoribus
& dignitate preditum/ si idem fuerit
seruator honesti/ nobilem esse illum oꝫ
adiungam/ qui procul/ arei. pu. nego
tijs/ uirtuti deditus/ sibi vacat & bone
menti. neqꝫ minus fortem appella
bo/ qui cum vitijs/ q̃m cum hostibus
bellum gerat. neqꝫ imprudentiorem
eum qui uite sue cursum ad honesta

-tem dirigit. qui que appetenda, que uefu-
-gienda sint didicerit, qm̃ qui rei.pu.
cure intentus, de bello ac pace pro ipsius
utilitate consulat. phōs quoq; & doctos
uiros, qui suis studijs & uigilijs uitaz
hominuz uarias p. artes excoluerunt,
quoq; uel scriptis uel exemplo, nobis
ad instituendos mores & uitia ꝑpulsã-
da profuerunt, qm̃tũuis abditi, non
tantum nobiles, & nobilissimos fuisse
dixerim. Illud quoq; ne me pertina-
cem putes, utq; tibi paulum morem
geram cui concesseris aliquid splendo-
ris & dignitatis in nos, ex patria & ma-
iorz gloria redundare. Vt eius quadã
exportiuncula participes posteri dican-
tur. Sed tamen id cum mentem ad
rationem flecto, quale sit nos satis
perspicio. Mihi quidem ea uidẽt
esse blandimenta quedam inertium
& somnolentoz. qui quod ipsi asse-

qui nequeunt / tamq̃m ab alijs accepint /
ignauie titulum preferunt . puluerem
eniz solemqz fugientes / delitescunt sub
umbriculis aliozq / & cõmemorantes
priscoz virtutes / ipsi in suis penitus
obmutescunt . Ar uero patria omnib⁹
eque licet . Illi aũt excellentissimi
uiri / non magis filijs q̃m ceteris sua
imitandi uestigia reliquere . Lumen q̃ -
dem quod est in publico licet pateat om -
nibus / magis tamen ei qui prope est
lvcet / q̃m qui remotior . ita qui illoz
laudi magis herebit nobilior euadet /
q̃m qui alonge respiciet . Etenim si -
cut platonis & aristotilis / non filijs
magisq̃m alijs doctrina & sapientia
profuit / ita superioz uirtus / non pl -
us filios q̃m me nobilitabit / si illius
fuerim imitator / quare plus aristoti -
lice nobilitatis iudico participasse the -
ophrastum qui illi in schola & doctrina .

plato
Aristoteles

theophrastus

Nichomaus. succesit / qm̃ nichomacum filium / qui longe illo doctrina inferior fuit. Virtꝰ eẽ omnibus est impromptu / eius effiatꝫ propria / qui illam aplectitur / Socordes / ignaui / improbi peruersi / qui se in ma - iorꝫ suorꝫ locum putant successisse / eo sordidiores qm̃ ceteri habendi sunt / quo longius distant abimitatione pa - rentum. Equidem libertum Ciceronis Tyronem nobiliorem censebo / qui pa - troni uirtutibus inhesit / qm̃ filium

Cicero. Tyro. desascentem ab honestate paterna. Haꝫ qꝺ uirtutem absqꝫ externorꝫ comitatu nudam / egentem / incomptam / & tanq̃ solitariam credis / uehementer erras. Non eget alterius ope / aut fortune ad - municulis virtus / que omni ex parte perfecta suamet dignitate / cultu / de - core / tanqm̃ regina in sum̃o collocata resplendet. suoqꝫ fulgore totum orbeꝫ collustrat. Quid eniꝫ illi opus est reb⁹.

externis? suis facultatibus / suis opib⁹
que ceteris prestant contenta est / neq⁹
aliquo indiget opitulamento / quod ext^a
eam positum existat. Egere enim defec -
- tus esse uidetur. At uirtus cum in ea
sit satis presidij adbene beateq⁹ uiuendū
neq⁹ aliquo egeat / (res enim quedam p -
- fecta est & suis partibus absoluta) ni -
- chil ad sui perfectionem extra eam
requirit / neq⁹ quicq̄m addi potest
quo uirtuosior efficiatur. Sapienter
igitur stoici / qui uirtuti nulla re ex -
- tra se posita opus esse iudicauerunt
exq⁹ ea sola uoluerunt prodire nobi -
- litatem. & qui secus tenent / non tam
ueritatem / q̄m uulgi opinionem uidē -
- tur sequi. Que quidem sententia
preterq̄m q⁹ est verissima sūmam uti -
- litatem uite nostre uidetur afferre
Nam si persuasum erit hominibus
honestate & bonis artibus nobilem

fieri / eam q̄ veram esse nobilitatem quam
sibi quisq̄ recte agendo quesierit / non
que sit alterius industria & labore parta.
excatabuntur michi crede magis aduirtu
- tem / neq̄ desidia confecti nichil agentes
dignuz laude / in aliozz gloria acquiesce
- mus. ꝑ ipsi erigemur ad nobilitatis in
- signia peruestiganda. Licet videre illos
quibus diuitie absq̄ labore suo obtige
- runt / inertiores ac negligentiores in
earum custodia q̄m si suo sudore aqu
- site peruenissent. Eodem pacto qui sibi
hereditario iure nobilitatem relictam
arbitrantur / tardiores ad querendam
laudem lentescunt quodamodo ac tor
- pescunt! nec cōmouentur ad studia
honesti. satis sibi esse dicentes recensere
superiozz probitatem. Quibus vero per
- suasum fuerit nullam nisi propria uir
- tute & gloria nobilitatem possideri / inf
- amaburtur ardore quodam ad ea effiae

da ex quibus eluceat in eis superiorꝝ uirtus.
Et siue sequentur exempla parentum; siue
aliꝰ exemplo se esse volunt, adipiscentur
veram nobilitatem quam certe iudico cla-
riorem eiꝰ qui suapte natura & opere
altiusqꝫ uirtutis fuit nobilitatus, qm̃ q
in iam parta succedit. Colenda est igit̃
laurenti preceteris rebus uirtus. que nos
non tantum nobiles efficit ꝫ etiam beatos.
redditqꝫ fama & memoria hominuꝫ im-
mortales. Ab hac nobilitas. ab hac glo-
ria, ab hac vite cursus petendus est.
ab hac omnis recte viuendi ratio expete-
da. Sed iam satis collocuti sumus. Vtri-
us autem verior sit sententia, ij uideri-
quibus est acrius ingeniu ad disputan-
dum: liberum est omnibus sentire quid
uelint. Nunc autem quoniam uis estus
paulum declinauit, deambulandum
extra oppidum censeo visendum qꝫ
fluuium quem iste nobis sepius ob

fernlitatẽ pisáum Laudauit:

Epli poggij florentini ad insignem virum
d. Gregorium Corarium sedis aplice
Prothonotarium:-

POggius Plurimam. sal. dicat viro
insigni gregorio Corario sedis
aplice prothonotario. Optarẽ
mi Gregori amantissime, ut libellus
quem de nobilitate composui, antea
qm̃ ame esset editus prior in manus
tuas peruenisset. Nam duo que me
amicissime admones facile mutasses
arbitrio tuo. Non enim sum adeo per-
tinax in opinione, quin plus conce-
derem tue auctoritati qm̃ mee sentẽ-
tie. Nam cum inscriptis meis, quele-
uia & pusilla sunt, ac cõmendatione
indigent, studeam gratiam & beni-
uolentiam querere, non fuissem adeo
amens, ut cum ipe fauore egeam, uo-
luissem doctissimoz michi op ami-

-cissimoz virozʒ in me animuz prouo-
-care, aut aliquid cõmittere, quo michi
iure ſuccenſere poſſent. & ſi qua in re
ſe leſos existimarent, cumulatam ui-
-cem rederent. Neqꝫ preterea iſ ſum
qui boni viri eſſe putem ꝑalteriꝰ ob-
-trectationem & infamiam laudem pe-
-tere. Vt uõ planius perſpicias animũ
inſcribendo meum, que tibi non probã-
-tur, nulla detractandi, aut calumni-
-andi cauſa ame dicta ſunt. Sed uõ
ex ſententia que meo ex iudicio (falli
autem poſſum) nullam merentur rep̃-
-henſionem. Sed tanta eſt doctrina
& prudentia tua, tantus in me amor,
ut plus tibi credam qm̃ michi ipi,
cum michi perſuaſum ſit: honorez
meum eque ac tuum tibi eſſe cariſſi-
-mum. Primuz in uerbo factionis,
quod in malum trahi putas. Vide
ne non recte me culpes. Ego enim in

euis uerbi sensu titum liuium secutus
sum satis copiosum atq; opulentum au-
-ctorem latine lingue: qui si aulpam ui-
-sticie meretur / facile patiar errorem me-
-um cum tanto viro esse comunem. Ille
enim in suis libris factionem tanq̃m se-
-ctam in ciuitatibus & diuisionem sen-
-tentiaz in re.pu. scribit. Accadit eniz
in nostris etiam pluribus Italie ciuita-
-tibus / Vt aut sint in eis antiquate / aut
sepius e nouo oriantur diuisiones / quas
recte antiqui factiones appellarunt. ho-
-nesto quidem uerbo / & quod dissensio-
-nem uoluntatum significaret. cum
variq; sententijs dissidentes / voluntate
tamen idem sequeretur. salicz sue
rei.pu. utilitatem. Itaq; in primo ter-
-cie decadis libro (ea est in manibus
recentior) de hănibale inquit. literas
igitur ad principes factionis barchi-
-ne premisit. In tertio aũt Compsanus

erat Trebius, nobilis inter suos, & pre-
-mebat eum factio familie p̄ gratiam
romanor̄ potentis. Et paulo post Ha
-mulco factionis barbine. Multis q̄b
preterea inloas, que longum esset re-
-ferre, hoc uerbo utitur, non in oppro
-brium aliquod gentis, & ad ostenden-
-das ciuitatum varias sectas & domesti-
-cas diuisiones. Hoc idem & secta apud
nos & hereses apud grecos designant.
Que uerba non nullor̄ usus deflexit ad
a uero significatu. Si possuissem pro fac
-tione uel heresim ut sectam, quod recte
& latine potuissem facere. aut si comspi
-rationem quam Cicero in bonam partem
scribit, contradixisses quoq̄ ac me uer
-bis male usum dixisses, cum neq̄ he
-retica veneti essent, neq̄ secta inter eos
aut aliqua conspiratio vigeret, quas
plurimi in peiorem partem deducunt.
Ego igitur cum sarem inueneror̄ re-pu-

nullam manifestam neq; factionem neq;
sectam (idem enim sentiũt omnes) di
uisio tamen sit ppli / & ea non parua
anobilitate / non factionem / ꝫ veluti
factionem scripsi. non ad culpam aut
ignominiam ciuitatis / ꝫ ad ostenden
dam id quod neq; tu in infiabis no
bilitatem esse ab reliquo ppto seiunc
tam. eosq; dia nobiles qui fungi pos
sent muneribus ciuitatis. Ceteros uõ /
etiam si socratem uel platonem sapientia /
Aristidem uel catonem uirtute superet /
ignobiles haberi. quod qm̃ equm aut
verum sit tuo iuditio relinquo. Ham
q factiosum male significationis uis
esse. id ego assentior tibi. sed nequaq̃
sequitur ex eo / ut factio propterea ac
api debeat in malum sensum. Vinuz
quidem nullus sane mentis reprehen
derit / ut uerbum significationis male.
At uero vinosum omnes. Item de

muliere.

muliere & capite dia licet quoz denomi
- natiua indeteriorem significatum uer
-tuntur. Quod autem Nonii Marcel
-lum & pompeium festum in testes attu
-listi suas me multo pluris facere Liuij
auctoritatem. qm illoz opinionem /
qmqm & festus mecum sentit / qui
antea id vocabulum honestum fuisse
diat. & que salustij in cateline bello re
-fert Marcellus scripta esse / nequa qm ī
eo libro quod in meo codice extet repi
-antur. Verumtamen satis est michi
quicquid illi seruari apud se dicant /
me non veterem & castam illam ut ai
-unt / que iam absoleuit / sed titi Liuij
temporum doctrinam fuisse secutum
At uero secundum / quod quidem grau
-us est / in quo scripsi nonnullos qui
ob aliquod eorum insigne facinus ī
rem.pu. admissum / etiam si scelere ali
-quo profuerunt / nobilium numero

adſcriptos adſaſa admunia ciuitatis / seas
eſſe / atqꝫ ame ſcribatur / idqꝫ falſum eſſe /
poteſt eſſe ut ſcribis / ſꝫ nullo pacto calum -
- nioſum - Non eniꝫ quicqm̃ calumniandi
ſtudio contra ampliſſimam atqꝫ ornatiſſi -
- mam ciuitatem / a me dictum cogitatum
ue fuit . Sed quia que a pluribus olim
intellexeram uera eſſe exiſtimaui . Req -
- res forſan teſtimonia / aut eoꝝ qui protu -
- lerint / aut eoꝝ qui ſcelere profuiſſe dicã -
- tur . At ego illos non teneo memoria . ſi
que etiam nomina occurrerent / tamen
honoris gratia minime a me nominarẽt .
pocius qꝫ plane confiterer me erraſſe / qm̃
ignominiam alicuius coniungerem cuꝫ
mea defenſione . Sed attende queſo quo -
- modo ea uerba ame ponantur / & remit -
- tes paulum de iudicandi ſeueritate .
non dixi obinſigne ſcelus / ſꝫ facinus . nõ
qui ſcelere profuerit . ſꝫ etiam ſi profuerit .
Vt non id factum omnino fuiſſe / ſꝫ po -

tuisse fieri demonstretur. ita nulla in re
leditur existimatio nobilitatis vestre.
aim etiam multa fieri a sapientibus po-
-ssint aquibus illos uidemus abstinere.
Hon nego reges & principes plurimos ee
auobis ciuitate donatos. sicuti & illi ne-
-sao qui (memoriam enim exciderunt)
primũ herculem, deinde magnum ale-
-xandrum ciuitate donarunt. ꝛ non
concedam illos auobis nobiles esse factos.
quippe cum plures eoꝝ se affirmarent
uestris ciuibus nobiliores. de illis meus
est sermo, quos ut uerbo uestro utar,
gentiles homines facere predicatis. quoꝝ
innumero neqꝫ reges, neqꝫ principes
quos cõmemoras se esse fatebuntur. At
uero paulo amplius progrederis qm̃ ra-
-tio postulet scriptoꝝ meoꝝ. dicis sce-
-leratos homines auobis solere puniri.
id ego quoqꝫ assentior. ꝛ tamen eos q
in vrãm non in alterius perniciem ma-

- chinantur · Sed hoc quid ad rem uram
confert. nullus tibi concesserit / Vt qui
scelus aliquod aliquando comisit / dia
debeat sceleratus. neq; qui aliqñ mi nu -
- ste egit inuistus. potest quispiam scele
re prodesse / neq; plecti ut sceleratus.
potest & sceleratus qui nunqm uobis p
fuit pena affici - Non audeo efferre plu
- res qui olim uestram rem. pu. premio
postmodum accepto / scelere adiuue -
- runt / ne cuius honorem offendam · Ro
manos de quoy gestis liberior est loque
- di facultas / samus premijs singulari
- bus affectasse multos · qui etiam prodi
- tione patrie rem romanam subleuas
- sent / neq; propterea romanoy virtus
obscurior euasit / · Si uestra res. pu · secus
agit / sumopere talium uiroy uirtus
laudanda est. Ego mi Gregori nichil
sensi quod crederem spectare uel ad par -
- uulam offensionem tue ciuitatis · De sce -

lere nichil mendacij confinxi / existimans
minime falsa que audieram fuisse / quod
si factum nunqm fuit / neqz id ego affir
mo / paz id affert preiudicij . Exemplum
quod aliquod requiris . etiam si qua sup
peditarentur / tamen mallem erratum fa
teri cause subcumbere / qm notam aliquā
inurere cuiusqm mortui aut viuentis
fame . Cupio uigilias meas quas cōmen
dationis gratia suscepi / esse omnibus
gratas . neqz verti in opprobriū aut odiū
alicuius . Itaqz que tibi videntur emē
datione digna / corrige arbitratu tuo . neqz
enim in hoc vlla mea vtilitas / vlla sal
us / vlla honoris contentio continetur .
Que scripsi sunt edita ame in utilitatez
comunem . et non ad aliquoz offensio
nem . Tibi uero gratias pmagnas ago
pro tua singulari imme beniuolentia .
Nam te video fauere honori meo . neqz
uelle ame aliquid cōmitti / quod possit

uel reprehensione uel maliuolentia dignū
videri. Sed inter cetera tua scribendi mo
destia atq; humanitas fuit michi gra
tissima, ut plane etatī tua tue uirtuti
& suauissimis moribus conuenire uidea
tur. Vale & me ut facis ama. Floren
tie die octauo aprilis 1440:

Finis

Caroli arentini de nobilitate carmen
Lege feliciter

QVid sit nobilitas scribere liberis
Temptas, quod pedibꝫ tollē dū cupis
Errores hoīz, nūc ego carmine
Poggi magna tui gloria seculi
Ludam si potero, tum cythare modis
Aptabo leuior, tu calamo graui,
Personisq; libens hinc studiosius
Cures hec eadem reddere posteris.
Hic si Heonium Vicerit aureis
Cresum diuitijs, multaq; pascua

Armentis gregibusq; undiq; compleat,
Siluas phoeatias fontibus & riget
Saltus alanoi, multaq; dulcia
Cellis melle fluant, cultaq; pinguia
Centeno boue vertat, Priami & domus
Auratis trabibus, seu menelaeam
Ornatam attalicis incolet auleis.
Fastidit tenues, & sibi nobilis
Incessum simulans, pectora porrigit,
Librans se pedibus, bileq; percitus
Suspendit populum naribus insoles
Quamuis sit cupidus semper & anxius
Inmensis cumulis addere queritet
Hon me musa precor sic fore nobilem
Permittas, mage qñ cū sale, cum loco
Dicar ridiculi fabula Tantali.
Sed iam mi potius pauperies veni
Qualis fabricium uel Curium tulit
Vel qui signa suis perdita reddidit
Tu certe es sapiens pectore socratis
Tu facunda modo, tu modo uistior

H atus lasimacho sic probat & solon.
E t quot si cupias dicere barbito
L assaret michi crede & manus & fides.
E st qui si proauum mostret ymagines
V anus puteteꝰ, uncq; & atria
E xornet pario marmore & omniuꝫ
A ioꝫ statuꝫ, ordine dicitans
L ongo fata virum, quiq; securibus
O rnatus fuit, qui capitolio
O lim claruerit, curribus aut equꝰ
A ut qui pertrepidis tempore ciuibus
D ictator patrie consulit anxie,
I lle quippe uiriꝫ se similem putet,
T anqm gloriole pars sibi cesserit,
H ac redi miser, hasc conspice degener.
Q uid dignum facias Laude & honoribꝰ,
D ignum quid tituliꝫ, dū siculis vigil
P ernoctas dapibus, dūq; corinthijs,
V asis es stupidus, dum Sibariticam
F ingis Smindyridem, pensaq; diuidis
A rdens assyrias mollia pelliceꝰ.

Sed iam musa procax carpere desine
Nostras delicias / non tibi iambicis
Armatum parijs pectus ut acuias
Dentes archilogi / si quis erit grauí
Affinis sceleri · quín age arundinem
Acuratam pharetra prome / & oculos manu
Tende / & proposito limite ínhereat
Telum dum feriat · quid gnositas
Hic si nulla suis parta laboribus
Carpat · porticibus dum sedeat piger /
Nulli arti datus / & militie aut domi /
Nec nostras Arabis nouita odoribus
Res mutet / neq; querat sale quid rubro
Jn conchis lateat / quid mare Jndicum
Rugosi piperis mittat / eburneis
Sulcbris vnde elephans venerit aptior
Nec duri calibes ferrea tristibus
Bellis arma parent / nullaq; mertium
Demum cura sibi / pectore dūmodo
Spinter perniteat / notior ut satis
Jgnotos alios duat · Vt hercule

Sic forti / Eudimion clarior / aut ape
Frugi / fucus iners / tibia quod mea
Non laudat mage / ꝟ iustus & integer
Si quis cum fuerit / publica & legibus
Firmet iura sacris / tum sapientia
Prestet / non dubitet pro patria & mori
Plebei ut decij / Mutius & sue
Vite prodigus / aut fortis Oratius
Hulli nequitie deditus / & bonis
Drusius / Sapio / sic moribus / & Xeno =
Crates / marmoreus frigeat vt lapis /
Quamuis phirna suis blandâ ula amorib
Illum solicitet / corpore que graues
Hudato potuit fallere iudices.
Hũc duco gn̄osum / hunc ego nobilem
Quamuis fictilibus coenet / & ingenus
Hullum se referat. nam gn̄ositas
Virtus & probitas uera ꝙ & vnica est
Illis / quin potius nata parentibus
Virtutem sequitur umbra uelut / neꝙ
Fortune trahitur corporis aut bonis.

Quod si diuitie cui superent noue
Clarus sit patria / & sanguine clarior /
Nec dotes animi corporis aut tamen
Si illi deficiant / gaudet & omnium
Virtutum aureolos carpere uertices /
Vt tu Cosma decus gentis Etruriae
Laurenti qꝫ facis / desinat amplius
Velis occeanum currere / nam mare
Vltra quas posſuit durior hercules
Metas / naugijs est male peruium ~

Ad clarissimum virum Franciscum barbarum Poggij Florentinum contra auaritiam Inprit

Quoniam plures mortalium mi
Franciscæ non uiuunt & agunt
vitam (hoc enim omnium est)
illud perpaucorum fortunati
illi esse uidentur & pene felices quibus
dono immortalis dei contigit, vt possint
dicere se uixisse. Id ego nonnullis eta-
tis nostre uiris acadisse puto, qui reb⁹
ase editis magnam laudem assecuti sūt
& nomen multis seculis duraturum.
Nam & uaria scriptor⁹ genera, egregias
Latina rediderunt nobis, & ipi sua que-
dam conscripserunt: summa cum doc-
trina atq; eloquentia, quibus latine
muse plurimum decoris suscæperunt
atq; ornamenti. Quam quidem rem
haud perdifficilem illis fuisse arbitror
& ore⁹ facundia eruditis, & omni

doctrinay genere prestantibus. At uero
michi durior quedam scribendi ratio
uidetur esse proposita; qui neqz e gre-
ca lingua ad usum nostrum traducere
possum; neqz ee sint mee facultates
ex quibus aliquid adhuc in publicam
ausim promere. Vey cum audaces qnqz
fortuna adiuuet, temptandum michi
quoqz uisum est, an ego quicqm pos-
sem afferre in comunem vtilitatem,
quo & si non uixisse ut illi, at saltem
non omnino ignauiter uixisse dicerer.

Itaqz sumpsi onus nescio an gratum
multis, michi certe iocundum, & ut
estimo ceteris non inutile, vt referrem
sermonem habitum contra auaritiam
ab his quos sas haud inferiores illis
qui habentur viri huius seculi doc-
tissimi si modo assequi potuero, ut ea
perinde atqz ab illis disputata sunt,
ame literis mandentur. At qui hoc, eo

audentius aggressus sum / quo pauiores
ex eis fuere / qua qui vacarent ad correp -
-tionem vicioz / que cum sint diuersa
que vitam nostram conturbent / id po -
-tissime in hanc disceptationem est collo -
-catum ex quo scelera omnia & maleficia
ut ait Cicero gignuntur. Q; si cui for -
-te aut planum minus atq; humile
videbitur dicendi genus / aut non satis
explicata ratio muneris suscepti is
intelligat primuz me delectari ea el -
-oquentia / in qua non maior existat
intelligendi q̃n legendi labor / deinde
aduertat non quantum de eruscemo -
-di re differi / & quid ingeniolum me -
-um scribendo consequi potuerit. Sa -
-tis eniz esse michi visum est propo -
-nere in medium copiolas / quecunq;
ee sint meas / ex quibus uel queant
sumere / si qui forsitan dignas extima -
-tione aliqua arbitrarentur uel absol -

uere aliquid perfectius / qui voluerint em
endandi atq; ampliora dicendi curam susci-
pere. Tibi autem mi fraacsce viro & amā
tissimo michi / & ingenio excellentissimo
cuius labore & industria nostre litere ma
gnum incrementum sumpsere / hoc opu
sculum tanqm studioz meoz primitias
dicaui / subitiens illud examini censure
tue / quod si probaris. ede illud / quia fulc
tum tua auctoritate / & ab alijs quoq; com
probatum rei confido. Sin uero minus /
proicito in ignem / veluti rem in cuius
iactura parum detrimenti sit futurum /
cum sacius sit comprimi errata amicoz /
qm efferri. Sed ut sententiam rite
ferre possis / audias iam quid ij loquā
tur inter quos sermo est institutus / sūt
enim quibus cum tibi summa / dum hic
aderas / et periocunda fuit uite consuetu
do / quos cū audieris colloquentes / &
si non scribentis / ac saltem disputantiuz

gratia existimo non aspernaturum te hoc
munusculum / quod suscapias oro in tu
telam tuam / non tanqm horridus iu
dex & seuerus arbiter / ꝫ tanqm diser
tus atqꝫ elegans patronus / qui censeas
et agendam tibi illius causam & erra
ta etiam deffendenda ::

Contra auaritiam Liber Incipit feliciter

.

Cum cenarent antonius lusciis /
Cincius romanus / nonnulliqꝫ
alij ex pontificis secretarijs cuz
Bartholomeo de monte policiano (eos
enim inuitauerat estiuis diebus more
romano ad vineam suam / que est pro
pe basilicam lateranensem) euenit vt
sermo post cenam / sedentibus illis / cũ
uarijs de rebus ut fit sepius / tum uõ
de laudibus fratris bernardini (nam
is tum rome predicabat) oriretur -
Quem cum antonius qui cum frequens

audierat / maiorem inmodum cõmenda-
ret / homo est inquit inter omnes qs
quidem audierim / mea sententia elo-
quens / & satis eruditus. Sed quod
ego precipuam dicendi partem puto
vna in re maxime excellit. inpersua-
dendo ac excitandis affectibus / flectit
populum / & quo vult deducit. mouens
ad lacrimas. & cum res patitur ad risus.
Tum incaut. hunc ego virum inquit
continuo vellem cõmorari in hac urbe /
multum enim profuit vox sua huic
populo / & salutaris fuit / tum ad em-
endationem morum / tum uel maxime
ad sedandas / que multe & graues erãt /
discordias ciuitatis. Est quippe ineo
ut dicis magna uis ad mentes homi-
num permouendas atqs impellendas.
Vez una in re pace sua dixerim / erra-
re michi videntur & ipe & ceteri eius-
modi predicatores. Nam cum satis

multa loquantur / non accomodant oro
-nes suas ad utilitatem nostram / z ad
suam loquacitatem / nec curant quem
-admodum medeantur egris animis /
quoz curam profitentur / z quomodo
se plebi insinuent / & cuus captent pla -
-usum . Itaq cuz habeant res quasdaz
premeditatas / quas apud omnes omni -
-bus in locis tractare consueuerunt /
partim locuntur de rebus reconditis
& obscuris apud indoctos / quas non
capit uulgus / partim fundunt uer --
-ba que incidunt apud femellas / et ru -
-dem plebem / quam uideas abire mul
to qm accesserat stultiorem / non nulli
ita reprehendunt uicia persepe / ut
docere illa uideantur . non quantum
prosint uerba eoz pensantes / z quaz
fiant a mulieribus / quaz donis &
muneribus anbelant . ex quo perpau
-a uel nulli pocius euadunt sermonib;

eoꝝ meliores. Risi multoaens quorũdaꝫ
stulticaam / qui aim egregie laudauerit
quempiam quem audierint predican-
tem / si roges quid dixerit / quam obrẽ
illum laudent hesitant atqꝫ omutesaũt /
aut se respondent nesáre. Hic Ant-
nius nequaqm hoc mireris inquit / nul-
lum eniꝫ ad hanc diem ex ipis audiui
hunc nostrum excapio) qui michi ali-
qua inre satisfaceret / que quidem ad
eloquentiam pertineret. Nam aim
tria existant in quibus ars dicendi om-
nis & facultas consistit. ut doceantur
auditores. ut delectentur. ut mouea-
tur. Ita multi eoꝝ docent ut ignoran-
tie artem & stulticie doctrinam / susce-
pisse uideantur / ita delectant / ut
nil sit ipoꝝ uoce & oratione molestiꝰ
us: ita permouent audientium ani-
mos / ut nulli accedant tam uigilan-
tes tamqꝫ attenti ad audiendum / qn

ad oſcitationem ſoporemq; inclinentur.
Eſt ita antoni ut dicis inquit Cincius,
et multis omnia, & huic ipi quem ex
cipis multa deſunt. Sed ego non requi
ro ab eis que ſunt eloquentie propria
cuius ſe ignaros fatentur. Illud ualde
admiror. cum docendi, admonendi,
emendandi, corrigendi, munus pre ſe
ferant, tam procul abeſſe a facultate,
atq; officio eoz que profitentur. Nam
cum totum annuz exclamauerint, atq;
oblatrauerint multa pollicentes, nemi
nem uidimus ſuis uocabus effectum
paulo emendatiorem. Cuius rei ulla
eſt preapua cauſa, quod non accomo
dant uerba ad cõmouendas eas infirmi
tates, quibus languent animi noſtri,
q; paſſim diſcurrunt, ac vagantur per
varia morboz genera, prout fert libi
do loquendi in nullius cura inſiſten
tes. Q ſi bonos imitarentur medicos

aliquem fructum nobis afferret ipoz labor.
Sicut enim illi cum adhibentur egris / natu-
- turam eoz & uim morbi penitus inspi-
- unt / quo rectius curent / ita ish aquib
susapitur animaz salus / nisi diligenter
scrutentur / rimenturq / quo quoq via
maxime sint infecti / eiq opem prestet /
loqui dui ac multum possunt / sanare
nulla ratione possunt / non plus qm
ignarus morbi medicus. Tum bartho-
- lomeus / sane hoc recte sentis inquit.
Nam cum uita nostra sit omnis obnoxia
ac refferta varijs uitijs quibus mederi
oporteret / alia tamen scimus alijs cõ-
- muniora esse & perniciosiora / uelut lu-
- xuriam / atq auariciam / quaz tanta
est labes / ut difficile sit inmaculatum
se ab eis seruare. He sunt tamqm
due humani gñis pestes acerrime que
nullum fere intentatum relinquunt /
& cum grauioribus indigeant remedijs

tamen perleuiter curantur. nulla de
his viis fit ab illis / nisi cursim mentio /
Si quando uero illa reprehenderint / ita ie
iune / ac de insulse / id agunt / nulla cū
dignitate neq; uerboz neq; sententiaz
ut saniꝰ fuerit silusse / non odium
ingerunt peccandi / sz studium. ita ap
te turpia facta aliquando describunt.
Ob eam causam multos cognoui / qui cuz
studiose accurateq; longum tempus
interfuissent eusmodi sermonibus /
nichil neq; uita neq; moribus profe
cerunt / neq; id iniuria. Hon enim
curantur pro modo sue egritudinis.
Quid aūt prodest medicina non acc
omodata uulneri / sz audiunt quedaz
que obliuiscuntur priꝰ qm̃ discesserit
oleum atq; operam ut aiunt perden
tes. At uō si hec duo insectarentur
uicia / quibus magna pars mortaliuz
uexatur. Si his insisterent / si dete

- ſtarentur / magis ipoꝝ prodeſſe audien-
tibus oratio. Ita eꝫ ſentio / auaritiam
luxuriamq; tanq̃ ſedem eſſe ac funda-
mentum malorꝝ omniuꝫ / vt ueriſſima
ſit priſci catonis ſapientiſſimi uiri ſen-
tentia / Ciuitates luxuria atq; auari-
cia laborare / que peſtes omnia magna
imperia euertunt. Eorum altey cum
uideatur originem ducere a natura / ta-
men ratio adhiberi poteſt / & modus q-
dam ne ſe efferat / vtq; infra certas me-
tas contineatur. Altey cum ſit nature
aduerſum / nulla ratione regi poteſt /
neq; moderandum eſt id genus mali
ſꝫ excidendum. Nam luxuriaꝫ licet
multorꝝ malorꝝ cauſam ſapientes dix-
erint / eſt tamen aliqua ex parte ut po-
ſſit ferri / veluti que admiſcetur pro-
creationi liberorꝝ. blandum malum /
ſꝫ ſibi ſoli nocens / non alteri / neq; al-
ienum a conſeruatione gñis humanꝫ

Ac auaritia est ad subuersionem eius ex-
-cerandum scelus/omnibus nocens/om-
nes ledens/omnibus infensum/cui
nichil laudabilis/nichil honesti potest
esse coniunctum/monstrum ingens/
horrendum/ad perniciem gentium
procreatum/& ad delendam inter se
hominum societatem. Nichil est michi
fedius auaritia credite. nil turpius/nil
horribilius/cuius si posset facies uideri/
magis nos terreret/qm furiarz agmen ex
infimo tartaro eductum. Nolo exemplis
uti ne quem uerba mea offendant/ac si li-
-ceret ostenderem/ac re ipa docerem/nullū
esse malum/nullum flagitium/quod illa
non suadeat/non importet secum. nichil
non bonitatis quod non auferat ab eo quē
occupauit/denudat illum uirtute omni/
spoliat amicitia/beniuolentia caritate/re-
-plet/odio/fraude/maliuolentia//impieta
-te/redens ex homine scelestum portentū

ac crudele. vt si reliqua omnia in unum
uitia congerantur / cum hoc solo non pute
comparanda. tanta est illius inmanitas.
Hanc bernardinus tuus antoni quem ad-
eo laudas / nunqm tetigit / semel dixit
in vsurarios / magis populum mouens ad
risum qm ad horrorem tanti criminis.
Auaritiam uero que fenus persuadet in-
tactam reliquit. At in hanc erat in ue-
hendum / in hanc excatande ingenij vi-
res / si quomodo posset eius ardor uel re-
stringi uel mitigari. Sed postea qm ab
his rabulis nris de hisce uitijs aut sile-
tur aut diatur ridicule / non esset alie-
num ab re nostra / qu et illa euitare &
boni esse cupimus / quando corporibus
satisfecimus / aliquid inter nos differi /
siue de vtroq / siue de altero / quod aio
etiam prodesset / nisi & nox imineret / &
redeundum esset ad publica negotia / q
sunt nobis apontifice demandata. Im-

-mo vero inquit antonius / & temporis
paulum superest ad disputandum / & dū
hoc agimus. publica quoq; tractamus ne-
-gotia neq; paruo extimanda. Egregie
quippe scriptum est a preceptore moy se- Seneca.
-neca / in libro qui est de tranquilitate
animi / non solum eos prodesse rei publi-
-cæ qui assunt alijs / qui tuentur reos /
qui de pace belloq; censent / sz illos quoq;
qui virtute instituūt animum / qui in-
luxuriam pecuniamq; currentes pren-
-sant & retrahunt. Quare tentemus
& ipsi siquid possimus prodesse hoc ser-
-mone nostro / & si non ceteris at saltem
nobis. Equidem lector nos mádisse
in hec uerba / ut disceptemus paulisper
de hoy viciy vi atq; natura / qua cogta /
illoy crimen culpamq; facilius euitem-
-us. Quamqm fatebor vobis ingenue
altey ne possem / iam anni effecerunt /
altey ne uelem / cum natura consecutus

ſum / tum vero plurimum literis & doctri-
na. Mallem tamen dicā aduerſus auarit
am / cum verear ne ſit neceſſe nos fieri au
aros ob tenuitatem lucri quo uix poſſu
mus tueri officij nr̄i dignitatem / proſe
quere igitur bartholomee / et quod cepi
ſti ad extrēmuz perducas. Jmmo te
inquit ille aut cānāum oportet / mee
quidem fuerunt partes / vt cenereris affa
tim ac laute. Veſtre nūc eſt humanita
tis efficere ut uideamini bene cenaſſe /
quod plurimo ſermone atq; altercatione
aliquando ſolet fieri. Et antiquum eſt
bene inflatas tibias meliorem ſonum
ſolere redere. / Probe inquit cānāus &
locatur & partitur cōuiuij magiſter / ut
cum ipſe corpoz curam ſuſceperit / nos
aliquid animo tribuamus. Tuum ig̃
inquit antonius ſit hoc munus / qn̄
quidem probas partitionem ſuam. Vi
deo te cānāus ait dicendi laborem

ſubterfugere repletum cibo / ꝫ releuare te
hoc onere ego non nimium a cena leuis
ni fieri uideretur iniuria huic noſtro ho -
ſpiti ornatiſſimo viro / cuius prudentia
requirit ut non minorem animi recrean -
di facultatem / qm̃ corporis paſcendi dili -
gentiam habere uideatur. / Tunc enim re -
fertum erit omnino voluptate conuiuium /
ſi animus quoq; ex eo degustarit / cui ſa -
tisfacere certe te conuenit. Geram inq;
ille morem uobis / licet hic pro meo iure /
uos poſſem cogere / dicam autem que i
mentem ueniunt / hac tamen lege pri -
mum / ut michi ſuccedas indicendo
antoni / deinde ut ne expectetis ame
accuratam oronem / aut ſententias gra -
ues. / Non enim poſt cenam aut nimius
prudens / & grauis ſermo / aut dicendi
ordo requirendus. Hec cum dicerentur
ſuperuenit andreas conſtantinopolitanus
vir inſignis & literis & religione. qui &

ipſe inuitatus adcenam occupationibus
impeditus tardius veneratꝰ. Ts cum pla-
-ſu omniuꝫ excaperetur. Cenaui inq̃
ſꝫ huc acceſi deambulandi gratia atqꝫ
una confabulandi. Cum uero taceret̃
omnes, quid ille inquit ſilentium ne
inter uos erat ſumpta preſertim cena,
an ego effeci vt ſileretis? Iſtuc ipm in-
-quit Antonius ingreſſi quidem eram-
-us eum ſermonem, vt bartholomeus
contra auaritiam aliquid polliceretur
ſe dicturum, cum in hunc deueniſſemus
ex eius uerbis, qui non nulla dixerat in
-auaritiam ac luxuriam deteſtans utrũ-
-qꝫ, ſꝫ auaritiam magis, que cum ſoleat
eſſe quaſi cognata ſenectutis, dixi me
de ea male audire, ex qua maius peri-
-culum ĩmineret, te uero preſente tace-
-mus, pudore cõmoti ne fias noſtrarum
cenſor ineptiaꝝ, q̃mq̃m ſiquid in ſul-
-cius aut ineptius dicereturꝰ habenda

esset nobis venia / bartholomeo autem tri-
buendum / qui vinum patruz submini-
strauit incena / & ipse sui errati penam
luet. At ille hoc inquit / tunc recte di-
ceretur antoni / si esseris quales legi mſy-
posio platonis / obstantes / egri somno-
lenti / & video uos admodum sobrios /
quare perge bartholomee / & me uelis ee
partiapem tue sententie. Ea est inquit
ille ut taceam / te audiamus & virum do-
ctissimuz & theologum. Sed ego impara-
inquit tus andreas veneram. Non enim disp-
utationuz / & compotationuz hunc me-
minineram solere esse locum. Tu ne mq
antonius admodum paratos nos cen-
ses cibo refertos ac vino? non querim9
philosophica aut acuta quedam / & que
sint huius & loca & temporis. Cum ille
omnino recusaret nos inquit antoni-
us tempus hoc quod perbreue est ad
disputandum / terminus manī concer-

-tatione. Quam obrem sequere quod insti-
-tueras. Bar. Hic se rogari nimium. facaz
quod iubes ille inquit non tam differen-
-di causa qm̃ aut te aut hunc prouocan-
-di, Vt libet inquit andreas, dūmodo
ego te audiam. Tum ille, cum multa sint
inquit, tum xp̃ianis doctissimis ac san-
-ctissimis uiris, tum uero a gentilibus &
grecis & latinis contra auaritiam scripta,
superuacaneum fortasse uideatur de ea
re amplius loqui, nos presertim, quoz
uerba haud magni pesabuntur. Sed
postqm̃ conferendi inter nos gratia, & ad
ubitatem nostram aliquid dia placet.
michi quidem imprimis querendum vi-
detur, Vnde auari nomen (nam inde
auaritia est) ducatur. Existimo autez
auaros ideo appellatos nonnullos, quod
auidi essent eris, qui enim cupidi illu-
-us nimis erant, atqz in eo querendo
sūmam operam plurimuz qz studij ponebāt

auari

auari nominabantur. Si hoc uerum est
antoniuſ ſubridens inquit, nulli mo-
do exiſtunt auari, auri enim argentiq3
noſtri homines cupiditate ducuntur/nõ
eriſ. Atqui inquit bartho. id nomen
eiuſmodi hominibus tũc indictum fuit
cum nondum eſſet nulluſ uſus uel au-
rei monete uel argentee. Nam eſ ſolũ
in precio eſt habitum apud romanos/
Vſq3 ad bellum punicum primum/qn-
q3 enim annis ante id bellum/argentuz
eſt primo ſignatum bigarum & quadri
gaz nota/anno urbis condite. d. lxxxv.
atq3 anno poſt ſecundo & ſexageſſimo
nũmuſ aureus percuſus eſt. Es aũt
ſeruius tulius primus ſignauit nota
pecudum. Vnde & pecunia dicta tum
antea rudi ere uterentur. Ita licet
uarieretur monete materia/idem ta-
men auaro nomen manſit/Vt auri
argenti eris opum cupidi/ut omne in

g

atq; ita cupidi ut omne in id studium
suum coferãt / semper querant / semper
appetant / sumptu abstineant / nullum
questum horreant / nullo lucro satientur /
omnia referant ad suam vtilitatem / pro
prio comodo queq; metiantur / recte diã
tur auari / Vnde auaritia erit libido ha
Auaricia bendi immensa uel potius fames quedã
diuitiarũ cumulandarũ . Est enim auari
animus occupatus in querendo / deditus
studio thesauri / obnoxius cupiditati /
pecuniarũ seruus / quarũ cura & sollicitudi
ne dies ac noctes torquentur . Nunq̃m
ut satis saciatur aut expletur cupiditatis
siti / semper appetit / semper eget . Nam
ueteri prouerbio tam deest auaro quod
habet q̃m quod non habet . Crucabitur
ergo continua thesaurizandi siti / nulla
dies / nulla hora pretermittetur . Vacua ab
hac cogitatione . estuabit semper / fluctu
abitq; anxius ad sedandum famescentẽ

auri appetitum. Igitur inseruiet priuate
utilitati / ad eam accomodabit dicta sua
omnia / facta / cogitatus / sibi soli / & ei sue
intentus erit / oblitus publici comodi. Quo
fit / ut id vicium sit repugnante atq;
aduersante natura / cuius prescriptum
atq; lex est / Vt comunem utilitatem nre
anteponamus / impellamurq; / ut uelim⁹
prodesse qm̃ plurimis. Vnde stoicus ille
cato apud ciceronem disputat non esse
magis vituperandum proditorem patr̃e
qm̃ comunis utilitatis desertorem ppr̃
suam utilitatem. Cum ergo auarus
sibi soli deditus / sibi consulens / non so
-lum desertor / sed oppugnator sit cõm
-unis utilitatis atq; hostis siu cõmodi
causa / neq; prosit multis / s; noceat
omnibus / certum est ipm̃ ueluti pro
ditorem desciscere ab ipius lege nature.
Contraq; eam esse auariciam remotaq;
atq; aduersam ab utilitate publica

ad quam conseruandam tuendamq; edu
simus. Hoc constituto / et illud sequitur
auarum nulla ratione posse esse virum
bonum bon. Vt enim quisq; refert ad
suum cõmodum quecunq; agit / ita mini
me est vir bonus ut tulius noster testa
tur in libro officioz / at auarus nulli du
bium est quin ad suum cõmodum re
ducat omnia que agit / ideo nullus auar
erit unqm̃ vir bonus / Non solum aũt
non bonus / sz & sume malus / ipm enim
nomen auari cum sit inuitio designat
malitiam. Nam fieri nequit ut quis in
auaricia uersetur absq; detrimento atq;
iniuria multoz in quo precipue offen
ditur regina virtutum iustitia / cum om
nes auari actiones & opera ab iniquita
te profiscantur. Dum enim cupit au
gere opes / dum nititur congregare pecu
nias / dum occupare terras / possessionib;
iustitiam omnem exuit / ut ait beatus

ambroſius. Igitur cum vacet iuſticia / nul-
-lum ſcelus omittet ſpe cõmodi oblata. frau-
-dabit pauperes / diuitibus inſidiabitur /
expilabit ſocios / ignotos vexabit / extor-
-quebit infirmis / rudes decipiet / nulla ex-
-cogitabitur turpitudo / nullum malum
faciamus / nullum dedecus / cui non aſſen-
-tiatur / quod non perpetretur / oblata ſpe
utilitatis. Ita nec amicitiam colere poterit
nec moueri beniuolentia. Namque beni-
-uolentia in eo erit / cui nichil eſt acceptius
pecunia? aut quem amabit / qui ſe ipm
odit? Veriſſimum vetus prouerbium ẽ.
Auarus in nullum bonus eſt / in ſe peſſim⁹.
Quam uero amicitiam ſeruabit / qui que agit
& cogitat penſat ac metitur propria utilita-
-te? quomodo ſubleuabit alios nũmis / q̃s
propter oppmit uitam ſuam? qua nam
ratione / ſuſtentabit alterius inopiam
qui ſe iudicat egentiſſimum? Non pre-
-cibus mouebitur / non lacrimis / non

fletu / p medias lugentium erumpnas transi-
bit ad cumulandas opes / ipsa miserorꝝ cor-
pora calcabit / si quid proficiu exprimere se
posse putabit / acerbus crudelis / impius /
Quamobrem est hic dignus communi odio
mortalium. Velut publicus omnium hostis /
amouendusq ab hominum consortio tan-
qm seminarium malorꝝ. Nam quem ha-
bere eum decet / qui ut cetera omittam /
duo hec / scilicet amorem & beniuolentiam
humane societatis / vincula / sine quibus /
nulla / neq priuata / neq publica res con-
sistet / aufert anobis ? quod quid est
aliud / qm delere funditus humanum
genus. At ipse pocius delendus esset /
ipse aqua & igni interdicendus inutilis
ciuitati / rei publice pernitiosus. Iniqu
um est enim ei locum esse inciuitate
quem si omnes imitarentur / nullas om
nino ciuitates haberemus. Nam subla
tis beniuolentia & amicitia degladie-

buntur homines interse / rapinis q̄b et cæ-
-dibus omnia permiscebuntur. Sed uide
queso quale hoc sit malum & quam cauē-
-dum omni etati. Consueuerunt esse ho-
